

quibuscumque procul et prope positis pro ingressu religionis ad sanctam claram apud stocholm sororibus ibidem iure perpetuo possidendam pleno iure assignasse cum filia bone memorie anundi tunæson germani mei domicella katerina JN cuius facti firmamentum et robur ex peticione mea domine margarete supradicte et liberorum eius cum sigilla propria non habeant sigillum domini magni dei gracia swechie et norwegie regis illustris et matris sue domine Jngiburgis,, ducisse inclite vna cum sigillis nobilium dominorum kanuti condam dapiferi kanuti folkæson meo et domine margarete supramemorate presentibus est appensum datum stocholmis anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>X<sup>o</sup>X<sup>o</sup>X<sup>o</sup> III<sup>o</sup> feria quinta infra octauam pasche.

*På frånsidan:* kær kær jn parochia inghne. *Med senare hand:* På Ker j jngjö Sockn.

Sigillen: N:o 1, 6 borta, remsorna kvar; N:o 2, Hertiginnan Ingeborgs (lejon öfver 3 snedbjelkar, med hjertan på fältet); N:o 3, Knut Jonssons (grip med utbredda vingar); N:o 4, Knut Folkesons (griphufvud); N:o 5, Göstaf Tunesons (hjälm med prydnader).

3049.

1334 d. 4 April.

Stockholm.

CARL THUKESON gifver sin hustru Rangfrid gods i Berg och Ingelstorp i morgongåfva.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch., Sign. J. 6. fol. 151, v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, KAROLUS THUKASON, salutem in domino sempiternam, Notum sit omnibus euidenter, quod dilectam consortem meam Rangfridem vt moris patrie legum fuerat et est decere [o:dotare] volens racione votis [o:dotis] dicte Morgongæff, sibi bona mea Bierg, et Jngyletorp\*), cum omnibus adiacencijs, videlicet molendinis, colonijs, agris, pratis, siluis, piscarijs, propinquis et remotis, infra sepes et extra positis, nullis penitus exceptis, in die nupciarum mearum confero in his scriptis condicione tali presupposita, quod liberi nostri matrimoniali hereditario eadem predia possidebunt, si autem ipsam prius mori contigerit, me superuiuente liberis nostris procreatis predicta bona ad me et meos heredes redeant sine solucione quolibet perpetualiter possidenda. Si autem conuerso me mori ipsam [o:ipsa] superuiuente contingat, liberis nostris non progenitis eidem suisque heredibus sepedicta bona in perpetuam possessionem succedant pacifice, et libere ordinanda. In cuius recognicionis et donacionis testimonium, sigilla nobilium, videlicet domini Gregorii Magnusson, et domini Eringislonis Jonsson Gøstau Arwidsson, Vlphonis Hakonsson, Johannis Benedictsson, Marquardi de Kyr-

\*) Detta gårdsnamn synes ursprungligen hafva varit skrifvet »Meyeletorp» och sedan blifvit ändradt. I öfverskriften står »Ingjelstorp».

nææ, vna cum proprio, presentibus sunt appensa. Datum et actum Stocholmis, Anno domini. M. CCC. XXX. quarto, secunda feria proxima post dominicam quasi modo geniti.

Sigillen, enligt ritningen: N:o 1, Greger Magnussons (2 snedbjelkar); N:o 2, 6 borta; N:o 3, Göstaf Arvidssons (sparre); N:o 4, Ulf Håkanssonss (fyrdelad sköld, 1:sta och 3:dje fältet tomt, i 2:dra och 4:de en trappskuren ruta); N:o 5, Johan Bengtssons, oritadt; N:o 7, »S. Marqvar Karvli Thøka» (hjelm med plymer).

**3050.**

**1334 d. 10 April.**

MAGNUS af Tibble testamenterar 8 örtugland i Öhr i Tillinge socken till Upsala domkyrka, der han väljer sin graf, 3 öreländ till sin hustru Cecilia, som han lofvat henne vid deras vigsel, m. m. jemte andra gåfvor till kyrkor och prester.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

In nomine domini amen, Quoniam ea que sub sole sunt ad suam tendunt naturaliter originem vniuersa Ego igitur MAGNUS de thigbile, vite breuitatem considerans, Licet corpore debilis, mente mee tamen compos, testamentum meum. condo et ordino in hunc modum, in primis lego ecclesie vpsalensi in qua eligo sepiliri octo solidos terre, in villa dicta. ør. parochia thyllinge, perpetue possidendos predilecte vxori mee, cecilie, III oras terre, sicut eidem in facie ecclesie, cum benedicebamur assignaui ecclesie thigbile et curato vnam marcham denariorum, Jtem predilecte vxori mee, vnam cistam bonam, Ecclesie haghaby et curato vnam marcham denariorum, Huic vero ordinacioni extreme voluntatis mee, reuerendi patris domini archiepiscopi vpsalensis fratris petri, sigillum peto humiliter apponi, nec non et sigillum domini jordani, vna cum sigillis discretorum dominorum, qui tunc presentes fuerunt, videlicet domini iohannis de thigbile, et domini iacobi de haghaby, curatorum, actum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> quarto dominica secunda post pascha.

Sigillen: N:o 1, Ärkebiskopens; N:o 2, andligt (. . . . dani . . sighto . . .); N:o 3, 4, andliga, skadade.

**3051.**

**1334 d. 18 April.**

Uppgift på den resterande Sexårsgården, som Påfl. Legaten Petrus Gervasii, genom Priorn och Konventet i Lybeck, uppburet af Biskopen och Kapitlet i Åbo, uppgående till 13 mark Gros Tournois.

Fredenheims afskr. ur påfl. Arch. 2: 319. \*)

Jtem anno Domini 1334 die XVIII Aprilis recepit a Domino Episcopo Aboensi et Capitulo Ecclesie Aboensis per manus Prioris et Conuentus Lybicensis ratione restantis decime Sexannalis (!) insolute de Ciuitate et Diocesi Aboensi .XIII. Libros grossorum Turonensium.

\*) Ex Codice Archivi Vaticani, in quo habentur Rationes receptorum --- ex decimis Sexennialibus &c. p. 59, t. (Jfr N:o 2663 och 2926).